



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Examen Confessariorum Repetitum

Schoonaerts, Gregor

Coloniæ Agrippinæ

VD18 14542323-001

Caput VIII. De Tributis & Vectigalibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41226

CAPUT VIII.

De Tributis, & Vectigalibus.

TRibutum, & Vectigal sumuntur aliquando late, ut significant omne illud, quod à privatis solvitur Principi, aut Rei-publicæ ad sustentationem, & communia onera ferenda.

Quandoque speciatim, ita ut tributum sit, *Pensio subditis imposita juxta cujusque media, presertim predialia ad Principis dignitatem, & onera communia ferenda.*

Vectigal autem, Pensio pro rebus, quæ in civitatem, vel Provinciam adferuntur, vel efferuntur, solvenda, vel pro transvectione mercium per pontes, & flumina, vel pro transitu per viam, aut locum ratione custodia, protectionis, vel reparationis viarum &c.

P. 1. Quæ requiruntur conditiones, ob quas tributa & vectigalia justè possint imponi?

R. Hæ quatuor: 1. Ut sit autoritas in imponente. 2. Ut imponatur ex causa rationabili. 3. Ut in modo imponendi servetur proportio respectu statûs cujusque. 4. Ut pro majori parte rebus, ad usum vitæ humanæ, & familiæ sustentationem non necessariis, quoad fieri potest, imponantur.

2. An solutio tributorum & vectigalium obliget in conscientia?

R. Aff. Constat ex verbis Apost. ad Rom. 13. v. 5. & 6. *Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.*

Idea

Ideo enim & tributa prastatis &c. Hinc patet, defraudatorem vectigalium, aut tributorum, si justa fuerint, ad restitutionem obligari.

TRACTATUS

DE

*SACRAMENTIS IN GENERE,
ET TRIBUS IN SPECIE.*

CAPUT PRIMUM.

Quid Sacramentum, & qui ejus effectus?

Medicinalium gratiarum fontium Auctorem D. N. JESUM Christum, sponsam suam tam amplis stipasse monilibus, ut illa Sacramentorum (quæ sunt *invisibilis gratiæ signa ad nostram sanctificationem Divinitus instituta à Christo Domino*) formas, ac materias mutare non valeat, opinor.

Sacramenta novæ Legis, ab egenis & infirmis Mosaicæ Legis elementis penes causalitatem, quæ tantum moralis est, differunt in hoc, quod illa gratiam causent ex opere operato, hæc ex opere operantis.

Minister, qui in Sacramentorum administratione materiâ utitur incertâ, certâ rejectâ, non solum proximo injuriosus, sed & ipsi Deo irreligiosus est, nisi materiam adhibere certam necessitas non patiatur.

Si quis materiam, vel formam substantialem

mu-